DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
JUDICIIS CENSORIIS,
VULGO NOBIS DICTIS
Die Rüg-Gerichte,
QUAM
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
EX DECRETO ET AUTHORITATE
MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
AMPLISSIMIQUE JURISCONSULTORUM ORDINIS IN INCLYTA ARGENTORATENSI UNIVERSITATE
PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC PRIVILEGIA DOCTORALIA *RITE CONSEQUENDI*,
SOLENNI
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
JOH. CHRISTOPH. HERBORT,
STUTTGARDIA WURTEMBERGICUS.

RECUSA ANNO M DCC XXVII.

LIPSIÆ,
LITTERIS JOH. GOTTLIEB. BAUCHII.

Digitized by Google

Digitized by Google

JUVA JEHOVA!

PRÆFATIO.

SOlet inter Primordia Jurisprudentiæ tractari quæſtio, ſitne ejus finis conſtituendus Juſtitia illa, quæ non tantum ſpectat id quod juſtum ſtricte ita dictum, ſed & quod pium, bonum, honeſtum decorum eſt in Civitate, adeoque ambitu ſuo omnes in ſeſe complectitur virtutes, unoque nomine Univerſalis a Philoſophis (in Jure enim noſtro licet res habeatur, termini iſti non leguntur, *Conf. Magnificum atque Conſultiſſimum Dn. Dr. Rebhan, Facult. Jur. hujus Argent. Seniorem Graviſſimum in Hodegeta Juris, p. 36.*) eſt appellata; an vero altera illa quæ in rebus externis preciſe debitum, ſive ex æqualitate ſimplici partium Civitatis inter ſeſe, ſive habita ratione convenientiæ partis cum toto computandum, reſpicit, quam particularem dixere? Cujus quæſtionis deciſionem facilem fore exiſtimo, non tantum ſi inſpiciantur dogmata ſanorum Philoſophorum hac de re, ſed conſiderentur etiam exempla LL. Civilium, ea, quæ Juſtitiæ ſtricte ita dictæ non adeo conveniunt, paſſim tradentium. Memorabilis eſt & a pluribus obſervatus locus *Ariſtotelis 5. Eth. 3. Leges*, inquit, *de omnibus præſcribunt, quæ vel communiter omnibus conferunt, vel optimis aut Imperan-*

tibus, ſive ſecundum virtutem, ſive ſecundum alium modum tales fuerint: quin etiam lex præcipit & id quod fortis Viri eſt munus, ut non deſerere ordines, non fugere, non abjicere arma; & id quod eſt temperamentis, ut non committere adulterium, & id quod eſt manſueti, ut non verberare, non maledicere, ſimili quoque modo ſecundum alias virtutes & vitia, alia jubet alia prohibet. Inter Leges civiles priſcas refertur aliqua Zaleuci, pœnam irrogans ei, qui contra præceptum Medici vinum bibiſſet, *Athenæus lib. 10. cap. 9.* ſimilia, *vid. apud Grot. de I. B. & P. 1, 1, 9. in not. & 2. 25. 3. in not.* & Platonis lex aliqua refertur, ut ſobrii ſint Magiſtratus, ut æquimani ſint Bellatores, *Ariſt. 2. Pol. cap. ult.* In Jure noſtro Juſtinianeo ſimilia obſervari poſſe, quis dubitat? Nonne præcepta religionis & Pietatis ſunt, quæ *tit. C. de ſumma Trin. & Sacroſanct. Eccleſ.* pleraque *in tit. de Epiſcopis & Clericis & Titt. inſeqq. l. 2. 3. 6. 7. 8. 10. 11. C. de feriis*, itemque quæ de Blasphemis, Perjuris &c. traduntur *in l. ult. in fine. Cod. de Aleatoribus l. 2. C. de Reb. Cred. Nov. 77.* quæ de Magicis artibus malis paſſim *tit. Cod. de Maleficis & Mathematicis*, ut & *tit. ff. de ſicariis & veneficis*, aliisque ſimilibus paſſim traduntur? Fortitudinis eſſe, non abjicere arma, dixit *Ariſtoteles*: id præcipitur *in l. 2. §. 2. ff. de Captiv. & poſtl. reverſ. l. 3. §. 13. de re militari.* Temperantiæ, non committere adulterium: id ſatis diligenter coercetur lege Julia quæ de Adulteriis lata eſt. Manſuetudinis, non verberare, non maledicere; Injuriæ tam verbales quam reales vetantur totis titulis *in ff. & Cod.* Alias quoque virtutes paſſim præcipi in jure legimus. Favor Exequiarum nonne humanitatis eſt? is ut religio, ut ſumma ratio, commendatur, præcipitur *l. 43. in f. & paſſim tot. tit. ff. & Cod. de Religioſis & ſumpt. fun.* Immodici ludi non parſimoniæ tantum ſed urbanitati etiam adverſantur, propterea vetantur, *tit. ff. & Cod. d. aleat.* Donata Promiſſa vel tradita revocare, non levis fidei modo, verum & illiberalitatis eſt, ideoque coercetur & reſtringitur. *l. 35. & ſeqq. C. de donat. cum tit. ſeqq.* Confer *ante cit. Magn. Dn. D. Rebhanii Hodeget p. 432.*

Nec recentiorum ab hac via aberrat legislatorum induſtria. Ut breves ſimus, videatur in *Carol. V. Conſt. Crim. art. 106. 109.*

110

Digitized by Google

110. 116. 118. & *ſeqq. 124.* addantur ordinationes Politiæ Imperii Generales. Speciales quod attinet, in pleriſque Germaniæ noſtræ bene conſtitutis Rebus publicis deprehendimus ſpecialia Judicia, ad hoc inſtituta, ut Civium mores contra utramque divinæ legis tabulam protervè peccantes, ambutentur corriganturque, quæ vocantur die Policey-Gericht, Züchten-Gerichte, Frevelthädigungs-Gericht, Cent-Gericht Rüg-Gericht; nominibus aliisve. Hæc pleraque ſua habent Statuta, ordinationes, præſcripta, juxta quæ rite ſunt inſtituenda peragendaque; In quibus palmam (ni fallor aufert Sereniſſimi Principis Wirtembergici, Domini mei Clementiſſimi, Politiſche Cenſur, und Rüg-Ordnung, quæ in der Lands-Ordnung des Hertzogthums Würtemberg Conſtituit *titulum CXI.* De quo genere Judiciorum & legum quædam in compendio quaſi, pro diſputatione Inaugurali tradere animus eſt.

Tu Numen Æternum, ad Cujus Gloriam amplificandam hæc quoque pertinet commentatio, recta, pia, honeſta, proficua aliis, mihi ſecunda, ut ſint quæ tradam, jubeas!

§. I.

CEnſura ut & *Cenſor* a Cenſendo dicta, teſte *Javoleno in l. III. ff. de V. S. Cenſere* (ita rectius puto legi in Haloandrina & vulgari verſione, quam in Florentina & Eclog. *Cenſeri*) autem eſt conſtituere & præcipere: inde & *Cenſio* i. e. æſtimatio dicta *Sexto Pomponio lib. 3. de V. S. Varro. de lingua Latina epigr. 33. Cenſere exiſtimare eſt.* Unde *cenſere* dicuntur Senatores ſententiam dicentes. Et hæc verba: *Senatus cenſuit,* quoties in ff. leguntur. Senatus Conſultum notant. *Briſſonius in form. lib. 2.* adde eundem *de V. S. verbo Cenſere. Cenſeri* pro *haberi putari* etiam legimus in *l. 1. §. 3. in f. ff. de I. & I. ubi Gothofred.* Sæpe tamen

Digitized by Google

men *Cenſura* non pro nuda animi ſententia ex prompta, ſed ea quæ cum animadverſione, correctione & caſtigatione conjuncta eſt, accipitur; ſive (ut *Varro. loc. cit.* ait) *Cenſere interdum pro ſuccenſere ſumitur*; ut in illo Juvenalis:

Dat veniam Corvis, vexat Cenſura columbas.

§. II.

Atque hinc eſt, quod veteres Romani Sacratiſſimum illum Magiſtratum, qui ordinis, dignitatis, bonorum & potiſſimum morum Civium curam gerebat, *Cenſuram*; eique muneri præpoſitos *Cenſores* appellarint. *d l.111. in f. de V. S. l. 2. §.17. ff. de O. I.* quos Athenienſes ζητητὰς *Inqiſitores* (*vid. Suid.*) Carthaginenſes *præfectos morum* dicebant. *Corn. Nepos. in vita Hamilcaris XXII. 3. 2. adde Ariſtotelem. 4. pol. 15. & 5. pol. 8.*

§. III.

Duplex vero erat olim officium Cenſorum: unum in conſtituendis conſervandisque Civium ordinibus & gradibus, pro ratione familiæ dignitatum facultatumque; alterum in tuendis bonis moribus Civium, improbisque expurgandis conſiſtebat. Prout id brevibus complexus eſt *Cicero*, qui *lib. 3. de LL.* Cenſorum munus his verbis definit: *Cenſores populi ævitates, ſoboles, familias, pecuniasque cenſento: Urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento: populique partes in tribus deſcribunto: exin pecunias ævitates ordines partiunto: Equitum peditum prolem deſcribunto: Cœlibes eſſe probibento: Mores populi regunto; probrum in Senatu ne relinquunto: bini ſunto: Magiſtratum quinquennium babento: reliqui Magiſtratus annui ſunto: eaque poteſtas ſemper eſto.* Addatur *Feneſtellus de Magiſtratu Romano. Roſinus in Antiquitate Roman. l.7. cap.10. Aymar. Rivallius in Hiſtor. Jur. Civ. p.87. Petr. Greg. Tholoſanus Syntag. Juris Univerſi lib. 47. cap.16. n. 7. Hennig. Arniſæus doctrina polit. lib. 1. cap. 15. §. duplex. usque ad finem. Lipſius Polit. 4. cap. 11. & §. 107. §. 117.* qui eam quam priorem Cenſorii partem diximus, Cenſum,

Digitized by Google

Cenſum, alteram Cenſuram appellat. Similiter *Obrechtus* in ſeiner Pollicey-Ordnung, *pag. 185. n. 2.* Ad illum referenda ſunt, quæ tractantur in *Pandectis noſtris lib. 50. tit. 15. de Cenſibus & in Cod. lib. 11. tit. 57. & aliquot in ſeqq.* quo jure *Cenſitores* appellantur Cenſui Præpoſiti. De *Cenſu hoc & Cenſitoribus* hic agere inſtituti noſtri non eſt. Sed de *Cenſura* ſolum & officio *Cenſorum*, quatenus in emendandis moribus conſiſtit.

§. IV.

Ut adeo CENSURA nobis ſit *poteſtas publica, in mores Civium & ſubditorum omnium inquirendi & caſtigandi eos, qui religionis, pietatis, honeſtatis, dignitatis, officiive regulas notabiliter impingunt; ſive ex legibus præſcriptis per modum judicii, ſive etiam ex arbitrio Magiſtratui huic a ſumma poteſtate indulto.*

§. V.

Quæ autem *Cic. in orat. pro Cluentio* diſputat; animad-
verſionem atque authoritatem Cenſoriam a majoribus neque ju-,,
dicium unquam nominatam, neque ut rem judicatam obſerva-,,
tam eſſe; Animadverſionibus Cenſoriis Civitatem Romanam nun-,,
quam ita contentam, ut rebus judicatis fuiſſe; timoris cauſam,,,
non vitæ pœnam in illa poteſtate eſſe voluiſſe; neminem habuiſſe,,
judicem; non modo de exiſtimatione cujusquam, ſed ne pecunia-,,
ria quidem de re minima, niſi qui inter adverſarios conveniſſet;,,
ea partim patroni ſtylum ſapiunt, partim etiam Priſcorum Romanorum Cenſoribus, quam hodiernis Cenſoriis Judiciis convenientiora ſunt. Quin enim *Judicium* Gerichte, recte hodie appelletur hæc poteſtas, non dubito, cum plerumque certo & ordinario & legibus definito modo peragantur. Varia enim ſunt Judiciorum genera (videatur *ſupra laudatus Magnif. Dn. D. Rebhan, Hodeg. pag. 859. & ſeqq.*) Alia enim per actiones ordinantur, alia per accuſationes *pr. Inſt. de publ. Jud.* Alia per inquiſitiones ex officio, ut vocant, ut hodie criminalia pleraque. *vid. Treutl. vol. 2. diſp. 31. th. 1. l. c.* (ubi *Bachov. hanc primam & principalem haberi debere procedendi rationem qua fiat per inquiſitionem; & lit. f. & th. 2. lit. b.* Ad quæ etiam referenda cenſeo ea, quæ in ſupra

cit.

Digitized by Google

cit. *Sereniſſimi Würtembergici Principis Statuto Provinciali* appellantur die Rüg-Gerichte. De qua voce, ut vulgo non ſatis nota, aliqua libet annotare.

§. VI.

Rügen, Priſca Germanica vox idem notat quod Græcorum *παραδειγματίζειν*. *Dn. D.* **Dietherr** *in addit. ad Beſold. Theſaur. Pract.* voce Rügen, reſpiciens ſine dubio ad locum *Matth. 1. v, 19. μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι* quem *B. Lutherus* noſtro idiomate reddidit, er wolte ſie nicht rügen, & vocem Rügen nota adjecta ſic explicavit, das iſt, er wolte ſie nicht zu Schanden machen vor den Leuten, als er wohl Macht hatte nach dem Geſetz. Wrügen (litera W. Euphoniæ gratia adjecta) *in Spec. Saxon. l. 3. art. 63. ponitur pro agere contra aliquem, accuſare*: ita nominatus modo *Dr.* Dietherr qui, cum verbis veteris Gloſſæ Saxonicæ Wrügen inculare Wrügere delator, Wrügunge delatio, male (ni fallor) etiam refert ungewroken *impunitus*, quæ nihil aliud eſſe videtur, quam quod moderno ſermone dicimus ungerochen à Rächen, quod utique à Rügen diverſum eſſe puto. Add. *Webner. in Obſervat. Pract. in voc.* Rügen *&c. Beſold. ibid. in Theſaur. Pract. Lit. R. n.* 83.

§. VII.

Sit ergo nobis **Rügen**, eine begangene Mißhandlung offenbahren, und gehöriger Orten angeben, oder auch wohl Amts wegen vor ſich ſelbſt erkundigen, damit ſolche gebührender maſſen, um Erhaltung eines frommen züchtigen und erbaren Wandels möge geſtrafft werden.

§. VIII.

Rügen Ergo dicitur non tantum is qui defert crimen, ſive delator ſit publice ad id conſtitutus: *vid.* Württemb. L. Ord. *tit. CXII.* §. 2, ſive quivis alius der entweder vermög ſeiner Ayden und Pflichten, oder doch als ein gutherziger Unterthan und Biedermann zur Förderung gemeiner Erbarkeit und Nutzens, eine

Miß-

Mißhandlung fürbringt. *dict.* L. Ord. *tit. CXXXI.* §. *4. conf.* Straßburger Policey-Ord. *tit. 18. n. 11. 12. & 13.* Sed & ipſe Judex ex officio in delictum inquirens & puniens. *vid. Weben. Beſold. Speid. in lexicis Juris Publici voce* Rügen. Inde ejusmodi Judices *Rügegravii* olim dicti, quaſi Judices Inquiſitionis, *vid. Gripbander tract. de Weichb. Sax. cap. 71. n. 7. & ſeqq. Gravii n.* olim dicebatur ſcribæ, poſt, Judices Civitatum, unde *Comes* pro Judice Civitatis ſæpe legimus in medii ævi monumentis, *vid. Conſt. Friderici de pace tenend. 2. F. 27.* Jure noſtro Würtemb. dicuntur Rüg-Richter Quorum officium, licet a Priſca Romanorum Cenſura immane quantum differat, attamen poteſtate licet & dignitate multo inferiores ſint, ſed objecto, morum ſc. correctione convenientes, quin eodem nomine appellentur quis prohibebit? Videntur etiam aliquid commune habere cum *Codicis Juſt. Irenarchis, Curioſis & Stationariis, de quibus lib. X. Cod. tit. 75. & lib. XII. t. 23. vid. Conſultiſſimum D. Lauterbach. in different. Juris Com. & Würt. in cauſis criminalibus c. 5. n.* 4. niſi quod Irenarchæ magis quietis publicæ, quam morum gratia erant conſtituti, ut vel ex nomine patet.

§. IX.

Eſt itaque die Cenſur oder Rüg-Gericht, de qua ſæpe nominata *Conſt. Würt. tit. CXI. & ſeqq. tractat.* Judicium de moribus ſubditorum quo ex legum præſcripto (cum aliqua tamen urgentibus circumſtantiis mitigandi vel extendendi pœnam arbitrii conceſſione. *vid.* L. Ordn. *tit. CXIX.* §. *1.2. & 3.*) delicta, Chriſtianæ Religioni, publicæque honeſtati & decori adverſa, inquiruntur, ſi leviora ſint puniuntur, ſin graviora, Judici ſuperiori deferuntur, *vid. dict.* L. Ordn. *t. CXV.* §. *ult.*) eo fine, ut pium, honeſtum, & decorum ab omnibus, quantum fieri poteſt ſervetur. *add. cit. modo tit. CXXXI.* §. *1. &* §. *2.*

§. X.

De origine hujus Judicii, & quale olim, apud Romanos præſertim fuerit, plura hic ſcribere non eſt animus, cum id ab aliis (e quibus non ultimos jam nominavimus) diligenter ſatis præſtitum

 depre-

deprehendam. Illud potius e & re inſtituto eſſe video, quæ delicta & quomodo judicio iſto debeant vindicari, preſſius conſiderare. Ubi illud ante omnia notandum: Non quælibet indiſtincte huc pertinere delicta. Et in ſpecie Non I. ea, quæ circa contractum aliquem committuntur, quæ ordinario civili Judicio purgari oportet. *arg. l. 7. §. 1. ibi, ex dol. ff. depoſiti. l. 49. ff. de O. & A. vid. Biccium in Aur. Sect. 4. th. 122.* Neque II. ea, quæ in ſpecie delicta privata vocantur, eſt enim & illis ſuus certus ordinarius modus, privatim, ſive civiliter ſive criminaliter agendi. *v. l. ult. ff. de privatis delict. l. ult. ff. de furtis.* adeoque in genere ea judicia quibus de damno privato alicui, ſeu in corpore, ſeu exiſtimatione, ſeu bonis facto principaliter quæritur, alterius ſunt loci, & a judicio morum aliena. Dixi principaliter; fieri enim poteſt, ut etiam ubi de malis motibus præcipue quæſtio eſt, damnum tertio inde ſecutum per conſequentiam, & appendicem quaſi reſarciatur: ut exemplis ſubjiciendis patebit. Ratio eſt, quia idem delictum varie ſæpe conſiderari poteſt, & quæ ratio in illo præponderat, eam reliqua, quo ad forum formamque agendi ſequuntur. Hac igitur ratione officio *Cenſoris*, des Rüg-Richters non adverſabitur, rem alterius malo more vel ablatam vel deteriorem factam reſtitui vel reſarciri jubere: quia non tantum Juſtitiæ, ſed & morum civilitati, verecundiæ, officii dignitati adverſatur, quicquam non jure agere vel habere *arg. l. 7. vers. non puto. ff. de vi privat.* ſi tamen damnum injuriave majoris momenti in re verſetur, rectius utique facient Cenſores, ſi ſolenni & ordinario proceſſu judiciali cauſam terminari curent. Iuxta Præſcriptum eis in Lands-Ordn. *tit. CXV.* §. daß ſie an Geld nicht über 2. fl. mit dem Thurn oder Gefängniß nicht über 4. Tag ſtraffen mögen. Graviores autem cauſas deferant ad Magiſtratus ſuperiores. Multo minus itaque III. huc pertinent delicta illa, quæ ſalutem, quietem decusque publicum immediate contingunt, ſive in ſpecie publica juſſa ſint *l. 1. ff. de publ. jud.* ſive extraordinariorum nomine veniant, majorisque alicujus momenti ſint: hactenus quidem ut a Cenſoribus judicentur; obſervatio tamen illorum, inquiſitio & delatio omnino ad eos ſpectat. Sed hæc ſubjectis exemplis clarius patebunt.

§. XI.

§. XI.

Itaque catalogum aliquem delictorum, ex variis ejusmodi conſtitutionibus judiciorum, maxime autem Sereniſſimi Principis mei Provincialibus, collectum ſubjiciam, & qua unumquodque pœna affici vel ſoleat, vel exigente melioris diſciplinæ ratione poſſit & debeat, apponam. Morum ſcil. præcepta poſiturus, non Theologorum Philoſophorumve more, ſolis verborum cohortationibus & minis, a divinæ voluntatis noſtræque naturæ congruentia, præmiis pœnisque divinitus imminentibus deſumpta; ſed, ut Juris Sacerdotem decet *l. 1. ff. de I. & I.* armata legali ſc. & civili authoritate, pœnæque præſentis comminatione, ut quos interior illa docendi vis bonos reddere nequit, hos judicialis authoritas ad bonorum incommodum, ſcandalum & dedecus publicum, malos eſſe prohibeat.

§. XII.

Vitia autem, ad Cenſuram quoque modo pertinentia, vel impugnant Officia communia, vel propria. Officia communia ſunt Boni Chriſtiani, & Boni Viri.

§. XIII.

Vitia officium boni Chriſtiani impugnantia ſunt, quæ violant præcepta religionis Chriſtianæ, Generalia vel Specialia ejus, quæ in illa Republ. publice docentur.

§. XIV.

Quale eſt I. IDOLOLATRIA der Aberglaub latius ſumpta voce, pro omni reprobo Numinis cultu, ſed cum hujus criminis definitio tantas habet difficultates, quanta de vera religione eſt quæſtio, a ſenioribus ea Theologis petenda eſt. Aliter ſane definiebatur olim Ethnicis, ut videre eſt *ex legibus XII. Tabb. & Cic. 2. de LL.* aliter hodie Chriſtianis, & iis quoque ſæpe diverſe, ut teſtantur Eccleſiaſticæ hiſtoriæ omnis ævi. Quatenus autem hæreticos Idololatras &c. puniri oportet alterius eſt tractationis, quam ſuſcipit quidem, ſed infeliciter exequitur *Lipſius Pol. 4. cap. 2. 3. & 4.* quem non immerito vellicat *Petrus Denayſius JCtus & Aſſeſſor Cameræ Imp. in Idolo Hallenſi. adde diſſert. Juſti Meieri de Hæreticis.* videſis etiam *B. Gerhardum loco de Magiſtratu politico §. 314. & ſeqq.* ubi

late & docte explicat quæſt. An hæretici ultimo, ſupplicio ſint aſficiendi. Noſtrum eſt videre, an & quomodo leges noſtræ id hæreſeos genus puniri velint. Cæterum corruptores malitioſos ſanæ de religione doctrinæ non modo cenſura ſed ſeveriori & publico judicio coërcendos, oſtendit *l. 4. §. 1. & Auth. Gazaros*, (quæ Friderici Imp. ad Germaniæ conſuetudinem concepta) *de hæreticis*, in qua lege quarta, interpretanda multum laborat Weſemb. *ad C. de Heret. n. 6.* in quo aliqua accuratius examinanda obſervat, *cit. modo B. Gerhard. loc. de Magiſtratu Polit.* §. 359. quod tamen non de religione aliqua in Imperio recepta & approbata accipiendum, in cujus ſectatores, quid Domino territorii diverſæ religionis liceat, ſacratiſſimis *Imperii conſtitutionibus Tranſactione nimirum Paſſavienſi, & de Pace religionis Anno 1555 Auguſtæ inita, ut & Inſtrum. Pac. Oſnabr. art. 7. & Receſſ. Imp. de Anno 1645.* deciſum eſt: ut nec ad quosvis in religione ſine magno ſcandalo & ſeductione aliorum errantes, trahendum, quos ſevera increpatione corrigere, vel etiam Eccleſiaſticæ Cenſuræ committere, manſuetudinis Chriſtianæ eſt. Cæteroquin hujus delicti inquiſitionem ad Cenſores, die Rüg-Richter, in Würtemb. ditione pertinere, oſtendit. L. Ordn. *t. CXXXII.* §. 2. *de Judæis. vid.* L. Ordn. *t. XXVII. de Zygariis* von Zigeunern, *t. 28. de Anabaptiſtis quoque* ſpecialis extat conſtitutio. *Novella. V. Friderici Ducis Würtemberg. ſub titulo* Fürſtliches Ausſchreiben an die Amtleut unterm *dato* den 8. *Junii* 1607. die Widertäuffer und derſelben Hab und Güter betreffend.

§. XV.

II. Eſt BLASPHEMIA die Gotteslaͤſterung, de qua duo ſunt *tit.* in der Würtemb. L. Ordn. *primo tit. LXXXIX.* ubi ceu crimen publicum primarium refertur, & deinde im Rüg-Zettel *tit. CXXII. ubi* §. 1. & 3. Cenſoribus den Rüg-Richtern, id diligenter obſervandum (zu rügen) mandatur. de cujus (ut & affinium delictorum, Dejerationis, Pejerationis, Maledictionis, leichfertigen oder falſchen Schwerens und Fluchens, ꝛc.) pœna, tum

tum ex communi Imperii, tum hoc Würtembergico Jure, quia accurate tractavit *Excell. Dn. D. Lauterb. in different. Jur. Com. & Würt. in cauſ. criminalibus cap. XVI.* ea hic repetere ſuperſedeo. *add. C. I. A. lib. XLIIX. tit. 4. tb. 11. Carpzov. Pract. Crim. part. 1. q. 45. n. 2 & 3. & definit. forenſ. part 4. conſt. 1. per tot. fere. Dn. Dr.* Diethert *in Beſold. Theſaur. pract. adauct. verbo* Gottslaͤſtern, *Ord. Pol. Arg. T. 2.*

§. XVI.

III. Eſt MAGIA vetita & diabolica, Maleficium, veneficium, Zauberey, Hexerey, Segenſprechen, Wahrſagen, Teuffelsbeſchweren, de quibus Land-Ord. itidem inter crimina publica agit *tit. XC.* & repetit im Ruͤg-Zeddel unter den Ruͤgigen Laſtern, *t. CXXIII. §. 1. 2. 3. & 4.* cujus Juris cum communi collationem quoque habemus *in cit. modo Excell. Lauterbach. diſp. c. XVII.* plura hic de eo tradere non eſt opus.

§. XVII.

IV. Eſt NEGLECTUS AUT CONTEMTUS CULTUS RELIGIOSI PUBLICI, die muthwillige verſaͤumung oder Verachtung der heiligen Predigt des Worts GOttes und der Hoch-wuͤrdigen Sacramenten. Etſi enim ad virtutem veramque pietatem invitus adigi nemo poſſit, attamen ne ſacra media, divinitus nobis data, vel exterius ſaltem negligantur, aut cum ſcandalo aliorum contemptim habeantur, recte & pie, & ex divino mandato, & juxta ſanctorum Regum exempla, curabit Princeps Chriſtianus, & quælibet poteſtas Civilis. *vid. Iterum B. Gerhardum loco de Magiſtratu pol. §.* 212. idque pecuniaria etiam pœna vel levi corporis caſtigatione. Atque hoc eſt quod in Wuͤrt. Land-Ord. ſtatim ab init. *t. 1.* von GOttes Wort und Predigten zu hoͤren & im Ruͤg-Zeddel *tit. CXXI.* vom Wort GOttes und Beſuchung der Predigten legimus. *Conf. ſi libet* Straßburg. Policey-Ord. *t. 1. §. 3.*

§. XVIII.

Vitia Communi officio Viri Boni (eines ehrlichen ehrbaren

Bidermanns) adverſantia vel cum Pudore vel cum Honeſtate pugnant, ſie ſtreiten entweder wider Zucht oder wieder Erbarkeit. Has enim voces ſæpe ut diverſas, legimus conjungi.

§. XIX.

Pudori adverſantia vitia intelligo quamvis immunditiem corporis, ſive perfectam, ſive inchoatam. Talia ſunt I. ADULTERIUM, de cujus criminis pœna non tantum agitur *tit. XCIV.* Würtemb. Land-Ord. *& Novell. conſt.* 1. §. den Ehebruch 16. *& ſeqq.* quæ cum Jure communi confert *Conſult. Dn. D. Lauterbach. dict. diſp. CXIX.* ſed etiam als ein ruchbares Laſter refertur im Rüg-Zeddel *tit. CXXVI.* §. 1. Huc etiam referenda, quæ de ſtupro, inceſtu, Bigamia, raptu & venere monſtroſa horumque ſcelerum pœna conſignata ſunt. *dicta mod. diſp. cap.* 20. *& ſeqq.*

§. XX.

II. Eſt CONCUBINATUS, de quo *vid.* Land-Ord. *t. XCV.* §. *1. & 2. & t. CXXVI.* §. *2.* quamvis enim concubinatus nec Jure Civili Juſtinianeo ſit prohibitus, *arg. tit. ff. de Concubinis & tit. C. de Naturalibus liberis & l 5. C. ad SC. Orphit.* ubi expreſſe appellatur, *licita conſuetudo:* nec Jure Can. ſimpliciter improbatus, *vid. C. Concubina 5. cum cap. ſeq. cauſ.* 32. *q.* 2. nec uſu prorſus abolitus, apud Principes præſertim & Magnates *vid. C. I. A. XXV. tit.* 7. cui non multum diſſimile feudiſtotum matrimonium ad Morganaticam vel Morgengebiam contractum, de quo *2. feud. 29. adde Grot. de l. B. & P.* 2. 5. 15. tamen hoc jure Würtemb. *locis modo nomiantis*, ut & Saxonico *vid. Carpz. def. forenſ. part. 4. Conſt. 28. def. 5. n. 8.* juſta ex ratione ſubditis omnino eſt inter dictus, *add. Harprecht. ad §. 1. Inſt. de patr. pot. n. 28. & ſeq. Carpz. crim. p. 2. q. 70. ſubq. 5. & Jurisprud. Eccleſ. lib. 2. tit. 14. def. 235.*

§. XXI.

III. Eſt MERETRICIUM, ſive proſtitutio corporis mercenaria, prohibita fœminis in Würtemb. Land-Ord. *T. XCV.* §. und ob ſich 3. Inquiſitoribus obſervanda. *tit. 126.* §. und von Leichtfertigkeit 3. Huic quidem Juri Juſtinianeo nulla pœna ordina-

ria

Digitized by Google

ria eſt conſtituta. *l. 13. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult.* quia vitæ vilitas dignas L. Juliæ obſervatione non credidit meretrices *l. 29. in f. C. eod. tit. Weſemb. in π. eod. n. 21.*. Pœna hodie arbitraria eſt. Jure Saxonico. *vid. Carpz. def. for. p. 4. conſt. 28. def. 1. & pr. Crim. p. 2. q. 70. ſubq. 3. & 4.* regulariter tamen relegatio; cui Jus Würt. vult antecedere dehortationem, quam ſi non ſubſequatur emendatio, relegatio demum decernitur.

§. XXII.

IV. Eſt FORNICATIO SIMPLEX, cujus pœna Jure Würt. eſt Carcer, ante in mare octiduanus in fœmina quatriduanus Land-Ord. *T. XCV.* §. Wann auch 4. nunc duodecim utrinque dierum *Novell conſt.* 1. §. Und anfänglich 2. In viduis amiſſio vidui, & ſeparatio liberorum. *d. Conſt.* §. Auf den Fall. 3. Iterato peccantibus eſt relegatio *d. Conſt.* §. Wann auch 4. Virginem integræ cætera famæ violans, virginitatis æſtimatione ei inſuper ſolvere tenetur, Er muß ihr das Ehren-Kräntzlein bezahlen. *d. Conſt.* §. So aber 5. Quid Argentorati obtineat. *vid.* Policey-Ordn. *Novell. Conſt.* 2. §. Jungfrawen Schänder.

§. XXIII.

V. Huc referendi ſunt omnes, qui dictis modo criminibus ope conſiliove præſto fuerunt, ut ſunt LENONES Huren-Würth, Kupler und Kuplerinnen, de quibus integer *tit. XCVI.* in Würt. Land-Ord. & *ex tit. CXXVI.* §. 3. huc referenda ſunt verba, auch die Unterſchleiff darzu geben, oder die jungen verkuppelt und zuſammen enthalten. Pœna hujus delicti Jure Juſtinianeo eſt amiſſio juris in perſonam proſtitutam, amiſſio honoris & dignitatis, exilium & metallum. *vid. l penult. & ult. C. de Spectac. & Scenicis & Lenonibus*, *l 12. de Epiſcop. audient.* pœna item corporalis *ex Novell. Juſt.* 14, (ubi non putamus verba, *omnia noviſſima ſupplicia*, de pœna capitali eſſe accipienda, cum *Farinac. quaſt. 144. n. 9.* quo ſe refert *Conſt. Crim. Carol. V. art. 122. & art. 123.* ubi & aliæ nominantur, numellæ, aurium abſciſio & fuſtigatio. Jus Würtemb. ad ultimum usque ſupplicium extendit. *d. tit. XCVI.* §. Solches 2. & 3.

2. & §. Und ſo 4. & *Novell. Conſt.* 1. §. und ſo fern 26. cui concordat Jus Saxonicum. *vid. Carpzov. def. for. part. 4. Conſt. 29. & pr. Crim. p. 2. q. 71. Conf. in Ordinatione Politiæ Argentoratenſi Novell. Conſt. 2.* Von Straff der Kuppleren. §. 23.

§. XXIV.

DE EBRIOSITATE quædam hic notanda ſunt, tum quia cum libidinibus, de quibus modo actum, ejusdem generis (intemperantiæ) tum, quia illorum quodammodo procreatrix eſt. Huic ut plerorumq; populorum (*vid. Plin. lib. 14. c. 22.*) præſertim Germanorum corruptrici, non tantum præceptis ſapientium (*v. Proverb. cap. 23. verſ. 28. Senec. Epiſt. 86.*) ſed & Legislatorum Zelo olim hodieque itum eſt obviam. Nota eſt Pittaci ſeveritas, de qua *Ariſt. 5. Eth. 6. 2. Pol. cap. ult. circa finem.* Compotationem a Minoë lege prohibitam, refert *Plato in Minoë.* Ipſe Plato, quas & quousque compotationes laudarit, haud illepida diſſertatiuncula explicat *A. Gellius lib. 15. cap. 2.* Jure Iuſtinianeo Ebrioſitas eſt inter ea vitia, ob quæ non datur redhibitio ſervi. *l. 4. §. 2. de Edilit. Edict.* & delictum in ebrietate commiſſum mitius punitur. *l. 11. §. 2. ff. de pœnis, l. 12. pr. ibi, per vinum. ff. de cuſtod. & exhib. reor. l. 6. §. 7. verſ. per vinum ff. de re militari. & ibi Dd. l. un. C. Si quis Imp. maled.* ipſa tamen ebrietas nihilominus mala & culpabilis, *vide* C. *Sane 7. &* C. *inebriaverunt 9. cauſ. 15. q. 1.* atque ideo generali, & ſæpe repetita Imperii Sanctione, prohibitas compotationes nimias videmus *in R. I. Auguſt. habito, 1500, tit.* von den Zutrincken *28. & Coloniæ 1512. tit.* Von GOttes-Läſtern *3.* §. Desgleichen *5. & Receſſu Imp. de Anno 1530. & de An. 1548. tit.* Vom Zutrincken *8. & R. I. de an. 1577. itit. tit. 8.* Huc referendum, illud Edictum Maximiliani Imp. ut Ebrii cum ignominia ab Imp. officiis excluderentur, de quo *Arniſ. Pol. lib. 1. cap. 15. circa fin.* Atque hæc ſecuta ordinatio Provincialis Würtembergica Compotores, & eorum Adjutores, floreno aut biduo carcere multat. *tit.* Vom zu und volltrincken und andern Zechen. *XCIX.* quod Cenſoribus den Rüg-Richtern ſpecialiter obſervandum mandat. *tit. CXXVIII. Conf.* Straßburger Pollicey-Ordnung *T. 7.* in der Gaſt-Ordnung. §. 3. 4. & *ult.*

§. XXV.

§. XXV.

Tranſeamus ad alia honeſtatem impugnantia vitia, qualia ſunt I. LUXUS, quod vitium, quantum affligat Rempubl. quam ſevere coercendum ſit, ſatis nos & ſcripta politicorum & exempla quotidiana docent. Conſiſtit autem in duabus maxime rebus, quibus ſcil. corpus tegitur ut veſte, ornamentis domo &c. & alitur, ut in prandiis, cœnisque quotidianis conviviis commeſſationibus & compotationibus. De utroque genere conjunctim hic, brevitatis amore agamus. Veteres Romani, quot legibus, quas ſumtuarias dixere, antiquam Piſonum Fabiorumque parſimoniam retentare, luxumque ingruentem prohibere niſi fuerint, longo Catalògo videre eſt apud *Gellium lib. 2. cap. 24. Roſinum antiq. Rom. lib. 8. cap. 13.* Cenſores in hoc vitium adeo ſeveri erant, ut etiam pinguedinem in Equite, ceu indicium deſidiæ & luxus, equi ademtione plecterent. *Gell. lib. 7. cap. 22.* & Duronium Senatu moverint quod legem de coercendis conviviorum ſumptibus Tribunus plebis abrogarit. *Val. Max. d. lib. 2. cap. 9. Ex. 5.* Uergente Republica, & ſub primis Imperatoribus, tantum invaluerat hoc vitium, ut Tiberius de remedio ejus deſperaret, *vid. Tacit. 3. Annal. cap. 52. & ſeqq* adde *Salluſt. ad Cæſarem Orat. 1. Ex. Cod. Juſt.* huc referri poſſunt. *tit. de veſtibus holoſericis & auratis & de tinctione ſacri muricis (lib. 11. tit. 9.) ut & tit. Nulli licere in frenis Equeſtribus ſellis & in balteis Margaritas & ſmadargos & hyacinthos aptare* (*tit 12. lib. 11.*) & ſimiles. In Receſſibus Imp. multa etiam hujus generis reperiuntur, ut *R. I. Auguſtano. de Anno 1500. tit.* Von Uberflüßigkeit der Kleider und andern 22. *& R. J. de Anno 1530. & de An. 1548. & de An. 1577. tit. 9. & ſeqq. ad dict. R. I. de Anno 1530. tit.* Von übrigen Koſten der Hochzeit, Kind-Tauff und Begräbniß. 23. Provincialia & Municipalia Statuta, Policey-Ordnungen, Kleider-Ordnungen. Hochzeit-Kindtauff-Gaſt-Mahlzeit-Ordnungen, quæſo quot ubique reperiuntur in Germania? quidque aliud teſtantur quam deditiſſimos luxui mores, plebeiorum pariter ac Magnatum, quibus acri omnino opus eſt remedio, & Cenſore ſevero, ne gladius ſine capulo ſint obtima leges iſtas conſtituentium inventa

Ex *ord. prov. Würt.* huc pertinent plures tituli: nempe *Centeſimus.* Von Hochzeiten und Schenckungen. *C I.* Von Tauffſuppen, Schencken und Kindbetterin Mälen. *tit. CII.* Von Faßnacht-Küchlein und Butz-Kleidern. *tit. CIII.* Daß alle Gaſtreyen und Zuſammenlauffen der Kirchweyen, fürter abſeyn ſollen. hæc reſpiciunt verba. Deß Rüg-Zeddels. *tit. CXXXI.* §. *Item* da 3. *ibi* darzu wieder die Lands-Ord. Hochzeit-Schencken und verbothene Täntze gehalten. *tit. CV.* Von unordentlicher und köſtlicher Kleidung *cum ſeqq. tit. CVI. CVII. CVIII. & CIX.* in der Straßburger Policey-Ordnung. *vid. tit. IV. V. VI. VII. VIII. ubi eadem fere quæ in Würt. Stat. Prov. reperies paſſim.*

§. XXVI.

II. AVARITIA, immodico fœnore aliisve contractibus illicitis exercita. *Fœnerari quid eſt, niſi hominem occidere?* vox eſt Cenſoria, ſeveri Catonis *ap. Cic. II. off. prope fin.* Cenſoribus enim olim negotium datum, ne in fœnore modus excederetur. *Feneſtell. lib. de Magiſt. Pop. Rom. cap. 17.* Contra fœneratores quoties pugnarit priſca Romanorum Reſp. Liviana Hiſtoria paſſim docet. *Tacitus 6. annal. cap. 16.* in compendio proponit his verbis: *Sane vetus urbi fœnebre malum, & ſeditionum diſcordiarumque creberrima cauſa. Primo XIII. Tabulis ſanctum, nequis unciario fœnore amplius exerceret; deinde rogatione tribunicia ad ſemuncias redacta, poſtremo vetita verſura. Cæſar quoque dictator legem de modo credendi poſſidendique intra Italiam tulit. Tac. d. l.* Inſecutorum vero Imper. conſtitutiones ea de re exhibet. *tit. Cod. Juſt. de Uſuris. & Nov. Juſtiniani 121. & 138. Nov. Leonis. 83.* qui idem *tit. ex ff.* huc quoque referendus ut & *tit. d. Ædilit. Edict.* quatenus Emtionum Venditionum fraudes eo coercentur. Von wucherlichen Contrácten agunt *Receſſus Imperii de A. 1500. tit. 30. de A. 1532. tit. 7. de A. 1548. tit. 17. de A. 1551. §.* Wie wohl 78. *de A. 1577. tit. 17.* Ex *Würt. Ordinatione Prov.* huc ſpectat *tit.* Von wucherlichen und andern verbothenen Contrácten und Handthierungen & *tit.* Von ſchädlichen Furkauff. *LVII. cum X. ſeqq.* qui repetuntur in Rüg-Zeddel. *tit. CXXX. & tit. CXXXI. §. 1. Ut & tituli.*

tituli. Vom gemeinen Landmeß, Gewicht und Ehlen. *LXVIII. cum ſeqq.* quo reſpicit im Rüg-Zeddel. *tit. CXXXI.* § Item mit verkauffen. 2. Conf. Straßburger Policey-Ordnung. *tit. X.* §. *11. & 12.*

§. XXVII.

LUDI Lucroſi & prohibiti, Sponſiones temerariæ, böſe gewinnſüchtige und verbotene Spiele und Wettungen, affinia proximis vitia ſunt. Hiſce veteres Germanos adeo deteſtandum in modum deditos fuiſſe ſcribit *Tacitus Germ. cap.* 24. ut libertatem alea prodigere fidem appellarint. Rectius in bene conſtitutis Rebuspubl. temeritas illa ſevere eſt inhibita. In Romana Republ. Ciceronis jam tempore aleam (quo nomine omnis luſus fortuitus notatur, *Cujac. in π. ff. & C. de aleatoribus*) lege fuiſſe vititam, ex *ſecunda ejus Philippica conſtat.* Quid Juris Juſtinianei ſit, loquuntur *titul. ff. & C. de aleatoribus & alearum luſu.* Jure Pontificio in *Can. Apoſtolorum 41. & 42.* Epiſcopi luſoris pœna eſt amiſſio dignitatis (*Nov. Leon.* 87. triennale monaſterium) aliorum communionis privatio, ni deſinant. Auf Borg ſpielen, prohibitum eſt militibus *R. I. anno 1570. tit.* Artickel auf die teutſchen Knecht. §. Es ſoll auch 17. Würtembergico Jure pœna eſt Luſoris Carcer tridui cum pane & aqua, vel etiam pœna corporalis, aut Pecuniaria, pro circumſtantiarum ratione. Land-Ord. *tit.* von Spielen und Wetten. *XCVIII.* In hoc itaque delictum animadvertant Cenſores. *tit.* Spiel. *CXXVIII.* de Saxonico Jure hac in re *vid. Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 134. ſubq. 2.* Conf. Straßburger Policey-Ordn. *tit. 12. per tot.* & in genere de ludis, quatenus tum ex conſcientiæ, tum Juris Civilis, tum hodiernæ conſuetudinis regulis, tolerari, pecunia acquiſita retineri, amiſſa repeti, promiſſa peti poſſit, late tractant practici, *Ludov. Molina de Juſt. & Jur. tom. 2. tract. 2. diſp. 510. & ſeqq. Petrus Heigius part. 2. q. 10. Webn. in voce:* Auf Borg ſpielen, *& alii.* Poſſe autem legibus inhiberi Aleæ proterviam docet *Lipſius in monitis politicis lib. 2. cap. 2. num. 4.* exemplo Iſabellæ Hiſpaniarum Reginæ.

§. XXVIII.

Sequantur IV. Vitia IRACUNDIÆ, Contumeliæ, rixæ, verbera, ſimiliaque quietis publicæ privatæque turbamenta, Schmähungen, Hadern, Balgen, rauffen, ſchlagen und dergleichen. Remedia his vitiis antiquitus poſita, recenſere ſuperſedemus: ſunt enim infinita. Ex Jure Juſt. huc pertinent non tantum *lex Cornelia, Prætorum Edicta, JCtorum reſcripta & Imp. Conſtitutiones, de injuriis* verbis vel re factis turbis & ſimilibus *tit. ff. & C. de Injuriis l. 4. ff. de vi bon. rapt.* ſed & quæcunque contra vim, ſive interdicta, ſive actiones privatæ, ſive judicia publica ſunt prodita Judicibus Cenſoriis ſi non judicanda at deferenda tamen. Ex Jure Imperii noſtri, omnes conſtitutiones de pace publica loquentes, quas collegit, illuſtravit & Judiciorum mori aptavit, Nobiliſſimus Germaniæ JCtus *Andr. Gailius tract. de pac. publ.* videatur hic ſaltem *lib. 1. cap. 1. §. 2.* & addatur *Beſold. in Theſ. Pract. voce* Land-Fried, ubi Conſtitutiones de pace publ. a Maximiliani I. Imperatoris tempore enumerantur. Ex Jure noſtro Würt. huc referri poteſt, non tantum *tit. XCII.* Wie es im friednemen und gebieten, auch gegen den Friedbrechern gehalten werden ſoll. *& tit. XCIII.* Von Frefflern. Sed & præcedens *tit. XCI.* Vom Todſchlag. *E Catalogo Cenſorio dict. tit.* reſpondet *tit. CXXIV.* Friedbieten. *vide ſis* Straßburger Policey-Ordnung *tit. 18. §. 3. usque ad §. 13.*

§. XXIX.

Sunt & V. INJUSTITIÆ quædam ſpecies, in quibus non tantum agendi accuſandique copiam læſis permittere, ſed & publicis obſervatoribus indicandi curam injungere, ſalutis, decorisque publici intereſt. Utpote *in Würt.* Land-Ordnung *tit. XCVI.* Von Feld und andern Diebſtahl, und wie der geſtrafft werden ſoll, referens ſe ad *Carol. V. Conſt. Crim. tit.* Vom Diebſtahl, *CLVII. & ſeqq.* præſertim *tit. CLXVII.* Von Früchten und Nutzen auff dem Feld, wie und wann damit Diebſtall gebraucht werde. Specialius hunc articulum proſequitur in *Catal. Cenſ. dict.*

Digitized by Google

dict. Würt. Land-Ordn. *tit. CXXV.* Feld-Dieb. Ubi *paragraphis* 12. totidem pluresve ejus delicti ſpecies enumerantur.

§. XXX.

Affinia ſunt, IMPOSTURA CONTRAHENTIUM, falſis menſuris aliisve modis commiſſa, de qua in *ff. tit. Stellionatus. Conſt. Crim. Carol. V. art. 113.* In Würtembergico jure omnibus id deferendum (zu Rügen) injungitur, *tit. CXXII.* §. Item Wa 2. Juſta menſura quæ ſit, late docetur ſub tit. generali von gemein Landmeß, Eych, Gewicht und Ehlen. *a tit. LXVIII. usque ad tit. LXXX.*

§. XXXI.

MONETAM ADULTERANTES, fraudulenter & cum publico damno commutantes, deteriorem invehentes, de quibus *in ff. & Cod. tit. ad L. Corn. de falſis. Receſſibus Imperii de an. 1524. de an. 1551. & de an. 1566. & de an. 1570. & de an. 1594. &c.* ut & *Edictis Monetariis Conſt. Crim. Carol. V. art. 3.* Indicari jubentur *in Würtemb.* Land-Ordnung *tit.* gemeiner Rügung *CXXXII.* §. item ob 5.

§. XXXII.

Inſtrumenta clandeſtinis molitionibus apta, furibus uſitata, uſurpare vel facere prohibitum eſt, adeoque deferendum. *d. tit. CXXXII.* §. Item. Wa 9.

§. XXXIII.

DE TERMINIS (Marckſtein) illegitime poſitis, labeſcentibus (*v. tit. ff. de termino moto. & Conſt. Crim. art. 114.*) *d. tit. CXXXII.* agit. §. *Item* Wa 10. & §. Es ſoll 11.

§. XXXIV

Vidimus officia GENERALIA: ſuperſunt SPECIALIA, quæ ordine trito & vulgari in tres claſſes tribuemus, ſtatum ſcil. Eccleſiaſticum, Civilem & Familiarem.

§. XXXV.

ANTISTITUM ECCLESIÆ officio contineri, ut ſacrum dogma, juxta Sacræ Scripturæ, ut & noſtratium in Concilio Tridentino exhibitæ confeſſionis normam (cum Land-Ordnung

 tit. 1.

tit 1. §. Erſtlich ſoll. loquor.) ante ipſis probe intellectum, fideliter doceant, vitam auditorum, juxta divinæ legis tenorem inſtituant, vitia ſine ullo privati affectus indultu culpent, ipſi ſe inculpatos undique & ab omni vitio, quod alia quam inevitabilis humanæ imbecillitatis indiget excuſatione, vacuos præſtent, ſatis ſuperque ipſis Eccleſiæ Doctorum ſcriptis eſt explanatum; nec inſtituti noſtri hic pluribus exequi. In Jure Canonico multa hujus generis tractantur. *tit. ext. de ætate qualitate & ordine præficiendorum. cum ſeqq. de officiis Clericorum &c.* quæ tamen pleraque Pontificiæ, quam noſtræ Eccleſiæ Statui convenientiora ſunt. In Jure Juſtinianeo quoque digna quæ videantur, extant *in l 10. l. 31. & paſſim tot. tit. de Epiſcopis & Clericis.* ut & *tit. ſeq de Epiſcopali Audient.* Videatur etiam *Carpzovius Jurisprud. Eccleſ. lib. 1. tit. 5. de qualitate & officio miniſtrorum Eccleſiæ.* Huic officio ut fideliter inſiſtant, Civilis poteſtatis eſt inſpectio. *vid. Gerbard. loc. cit. & Carpzov. Jurisprud. Eccleſiaſtica lib. 1. tit. 3. def. 19. §. 8. & ſeqq.* Inde in Würtemb. Land-Ordnung tit. 1. legimus. Wir haben nachfolgende Ordnung vorgenommen, damit unſere von GOtt befohlene Unterthanen durch unſere verordnete Pfarr-Herren, Prediger und Kirchen-Diener mit Fleiß zu dem Wort GOttes gezogen, und ihrer Seelen Heyl und Seeligkeit gefördert werden möchte. *& tit. 89.* Von Gotteslåſtern. §. Und erſtlich 3. Es ſollen alle unſere Prediger, Pfarr-Herren, auch andere Kirchen-Diener in ihren Predigten das Volck fleißig warnen, ꝛc (quæ conveniunt iis quæ *Receſſ. Imper. de Anno 1530. tit.* Von Warnung auf der Cantzel aller vorgemelten GOttes-Låſterung und Schwür halben. *& R. I. de Anno 1548. tit.* Vom Zutrincken 8. §. Wir wollen 3. *&* quæ repetuntur. *R. I. de Anno 1577.* ſancita ſunt) Item Land-Ordnung *tit.* Von Zauberey *&c. XC.* §. 2. Derowegen ordnen und befehlen wir, daß unſere Pfarr-Herren und Kirchen-Diener das Volck zu gelegener Zeit berichten ſollen.

§. XXXVI.

Digitized by Google

§. XXXVI.

AUDITORUM OFFICII, præter ea, quæ ex ſupra dictis de vitiis Chriſtianæ profeſſioni adverſis huc referri poſſent, quoque eſt, providere, ut Eccleſiaſtica bona ſarta tectaque maneant, utque ſalaria miniſtris Eccleſiæ pro labore ſuo deputata illibata durent, quod in Würd. Land-Ord. *tit.* Gemeiner Rügung. *CXXXII.* his verbis definitur, Wer wüſte daß den Kirchen und Pfarr-Herren an ihren Zinſen, Gülten und Gütern ichzit abgieng, der ſolle das rügen und anbringen bey ſeinen Pflichten und Eyden. Deinde etiam, ne irreverenter ſuos Doctores habeant Auditores, utique curandum eſt morum populi præpoſitis. *vid. Carpz. Juriſpr. Eccleſ. lib. 3. tit. 8. def. 100. num. 14. & lib. 2. tit. 21. def. 327. num. 10.*

§. XXXVII.

Priſcorum Romanorum Cenſorum præcipua non mandata erat, PROBRUM IN SENATU NE RELINQUUNTO. *Cic. d. l. 3. d. LL.* Exempla quoque motorum dignitate Senatorum aliquot ſuppeditant ejus ævi Hiſtorici. *Dio. lib. 40. & lib. 53. Valer. Max. lib. 4. cap. 9. Plutarchus in Catone Majore, Cic. in Orat. pro Cluentio.* Addeſis *Tholoſan. loc. ſup. cit. num 14. & 15.* Quamvis autem omnia quæ antiquorum illorum cenſorum fuere, noſtris Cenſoriis Judicibus ſive Rüg-Richtern, aſſignare abſonum eſſet; attamen in Principe, vel alio Magiſtratu, cui Princeps reliquorum Magiſtratuum inſpectionem injunxit, eam poteſtatem hodienum eſſe, quis dubitat? Neque abire a rei veritate puto, quod ſæpe nominatus *Petr. Greg. Tholoſanus cap 16. lib. 47 num. 27.* ſcribit, *Hodie & Jure Civili Romano ſcripto, & in Gallia. Cenſura circa mores proprium non oſtendit Cenſorem, ſed habet Indices ordinarios & Magiſtratus, plures quibus, morum data eſt caſtigatio.* In hanc itaque claſſem refero ex Jure Juſt illos *tit. lib. 1. ff. & C. de officiis Magiſtratuum & Judicum variorum.* Ex recentiore jure & in ſpecie ex *Ord. Cameræ Imp.* integra fere prima pars von Perſonen des Cammer-Gerichts hujus loci eſt. *add. R. Imp. de Anno 1566. §.* Nach dem 72. *& ſeq. de Anno 1570. §.* Dieweil 50. *& ſeqq.* In Würtembergico Jure. Land-Recht *tit.* Von Gerichten und

und mit was Perſonen ſie zu beſetzen. 2. & Vom Amt der Stabhalter und Richter. 3. Wie Stadt-Amt-und Gericht-Schreiber *qualificirt* ſeyn ſollen. 6 Von des Stadt-Amt-oder Gericht-Schreibers Verrichtung bey den Rüg-Gerichten. *ibid.* & ſimiles,hujus ſunt loci. In ordinatione Provinciali Land-Ordnung ſimilia occurrunt. *ut tit. VI. tit. IX. tit. XIV. tit.* Von GOttes-Läſtern. *LXXXIX.* §. Würden 9. In materia hac de Cenſura *tit. CXII.* Von den Perſonen ſo zu ſolchem Rüg-Gericht verordnet und darunter gebraucht werden. *cum ſeqq. CXIII. CXIV. CXV. CXVI.* Graviſſima ſunt quæ habentur. *tit. CXXXIII.* Wer und wie man die Laſter angeben ſoll. §. Auch ihr 5. & §. Wa dann 9.

§. XXXVIII.

In SUBDITORUM erga Superiores officio ſunt; *Fides, Obedientia, Reverentia & Suppetiæ* quæ ergo his convenientia ſunt, ut Cives ſequantur, quæ adverſa, ut vitent, provideant illi, quibus mores regendi poteſtas eſt injuncta.

§. XXXIX.

FIDEM a Civibus ſevere exegiſſe eos, qui hoſtibus etiam & infidelibus datam ſervandam, illuſtribus iisque innumeris exemplis docuere Romanos,quid probem? late id alii fecerunt, videatur hic ſaltem *Valer. Max. c. ſæp. cit. ex 8. videſis Grot. de Jure B & P. 31. l. gl. 13.* Juris Würtembergici quid hic ſit, videantur, Landord. *tit. II.* Vom Burger-Recht. & *tit. III.* Form der Erbhuldigung, ut & *tit. V.* Von der Dienſtknecht Huldigung. Pars fidei eſt, commoda ſuperiorum pro virili promovere, damna avertere. Ihren Frommen, Nutzen und Beſtes zu ſchaffen und zu werden, ihren Schaden zu warnen und zu wenden. *d. tit. III.* Inde præfectis den Amtleuten (qui reſpectu principis,ſubditis annumerandi) Land-Ordnung. *tit VII.* præſcribit, wie unſere Amtleut (Verba ſunt rubricæ) unſer Ober und Herrligkeit und unſern Communen daß ihre handhaben ſollen. In materia Cenſoria *tit. 131.* Gemeine Rügung. §. Item ob. 2. & §. Item wa. oſtenditur

ditur hæc ad Cenſoria judicia pertinere. Imo non hæc tantum, ſed & alia, quæ ad ſuperiorum notitiam pervenire publice intereſt, quilibet ſubditorum Würtembergicæ ditionis deferre tenetur. Inde in inſcriptione Catalogi Cenſorii, *tit. 131.* inter eos qui deferre crimina debent, non tantum nominantur die Gericht- und Raths-Perſonen ſed & gemeine Knecht und Unterthanen. *& tit. CXXXIII.* Wer und wie man die Laſter angeben ſoll, ſubditis omnibus injungitur, daß ſie die Laſter angeben ſollen, nicht nur als fromme Chriſten, aus Göttlicher und Brüderlicher Lieb. (*v.* §. *1.*) ſondern auch, wo hohe nahmhaffte Verwürckungen ſeynd, bey ihren Pflichten und Eyden, die geringe Ubertretungen und Unthaten als gutherzige Unterthanen und Biderleut, *&c.* (*v.* §. *3.*) Imo non crimina tantum, ſed & alia noxia deferre debent, ut patet ex ante allegat. *tit.* gemeine Rügung. *CXXXII.* §. Item wer 8. Quod in tantum Juri Communi conſentaneum ſit, deduxit *Conſultiſſimus D. Lauterbach. in ſup. alleg. diſp. de diff. I. Comm. & Würt. in Criminalibus q. 5. num. 4. & ſeqq.* Adde Lindenſpür *in Comment.* über die Fürſtl. Würtemb. Landord. *b. t.* Vom Rüg-Gericht. *n. 3. & ſeqq.*

§. XL.

Alterum, quod a ſubditis requiritur, diximus OBEDIENTIAM, de qua, quod Cenſoribus olim fuerit exacta, *vid. in ſæpe allegat. Valer. Max. lib. 2. cap. 9. ex 7.* In formula Homagii exigitur illis verbis, alles dasjenige zuthun, daß dann getreue und gehorſame Unterthanen ihrem natürlichen Fürſten und Herrn zu thun ſchuldig und verpflicht ſeyn ſollen. Inobedientium & ſine dimiſſu ſuperiorum abſcendentium pœna eſt carcer, annotatio & confiſcatio bonorum. *vid. tit. XXII.* Daß niemand auſſer Lands frembden Herren, ohne Erlaub, zu ziehen ſolle, *& tit. ſeqq.* Der Ausgetretenen u. Ungehorſamen Güter ſollen aufgeſchrieben werden. Conformia his ex jure communi peti poſſunt, quæ contra contumaces prodita ſunt remedia in cauſis quidem Civilibus. *LL. & DD. ſub tit. ff. ſi quis in jus vocatus non ierit. l. 68. & ſeqq. ff. de*

Judi-

Jud. l. 13. §. 2. 3. 4. & l. 15. C. eod. tit. Nov. 53. C. 4. Nov. 112 cap. 3. Ord. Cam. part. 3. tit. 42. & ſeq. In Criminalibus vero *t. ff. & C. de requirendis vel abſentibus damnandis. Conſtitut. Carol. Crimin. art. 206.* Atque huc reſpicit im Rüg-Zettel *tit.* gemeine Rügung. §. 7. Item welche ausgetretten wären, es wäre um groß oder kleine Sachen wegen, die ſoll man anzeigen. Inobedientiæ etiam rei ſunt ſubditi non deferentes, quæ deferri oportebat. Sie werden als ungehorſame und mitverhenger ſollicher böſer Laſter, nach geſtallt der Sachen, an ihren Leibern und Gütern geſtrafft. *vide* Landord. *tit.* Wer und wie man Laſter angeben ſoll. §. Würden 8. & in genere ut inobediens punitur, quicunque legibus, & ordinationi provinciali convenienter vivere detrectat. Welcher an ſolchem allem ſäumig, fahrläßig und ungehorſam erfunden, den gedencken wir mit den ſtrengen Weg ungnädiglich anzuſehen. *vid.* Beſchluß der Landord. §. Wir meinen. 3. Huc refer generalitatem. *§. ult. d. tit.* Gemein Rügung. *CXXXII.*

§. XLI. Tertium ſubditorum debitum *eſt erga Magiſtratum Reverentia.* Quam ſevere hanc a Civibus exegerint, olim Romani Cenſores, ſatis ex tribus illis exemplis *A. Gellio lib. 4. cap. ult.* notatis apparet. *Cic. 3. de LL. nec vero ſolum ut obtemperent obediantque Magiſtratibus, ſed etiam ut eos colant diligantque, præſcribimus.* Inde ſine juſſu prætoris in jus vocare non oportet Magiſtratum Populi Romani. *l. 2. ff. de in jus voc.* eſt enim utique ex iis, quibus reverentia eſt præſtanda, *l. 13. eod. tit. &* contempta Majeſtas Prætoris vindicanda eſt, *l. 9 ff. de Juriſd.* In formula homagii *Ord. Würtemb. tit 3.* ſignata non quidem expreſſis, attamen generalibus illis verbis, alles das jenige zuthun, daß dann getreue und gehorſame Unterthanen ihrem natürl. Fürſten und Herrn zuthun ſchuldig, Reverentia utique erga Principem etiam injungitur: quod de intermediis Magiſtratibus, quatenus Principis vices gerunt, non minus accipiendum,

§. XLII. Quarto loco in ſubditorum officiis poſuimus *ſuppetias,*

petias, quo nomine omne genus tributi, vectigalium, angariarum, omniaque tam corporalia, quam pecuniaria onera a ſubditis præſtanda, complectimur, Qui articulus, cum admodum amplus, potiusque ad materiam Cenſus (quem ſupra ab hac noſtra diſputatione ſeparavimus) quam Cenſuræ pertinet; intactus merito hic relinquitur. Illud ſaltem hic notamus, moroſos & refractarios ſubditos juris remediis ad officium ſuum obeundum poſſe cogi. *vide C. l. A. lib. 50. tit. 15.* §. *ult.*

§. XLIII. Sequitur Tertius **STATUS OECONOMICUS**, inque eo primo *officium Patris familias*, cui contraria ſunt duo præcipue vitia, *prodigalitas* & *Neglectus rei familiaris*. Ad illam pertinet, quod *Valer. Max. lib. 2. c. 9. Ex. 4.* narrat, Cenſores Romanos Cornelium Ruffinum, qui bis Conſul atque dictator fuerat, Senatu moviſſe, quod eum comperiſſent argenti facti, cœnæ gratia, decem pondo habere. Repetantur hic quæ de luxu ſupra notavimus. Ex *Würtemb. Ord. prov.* huc pertinet. *tit. XLVI.* Von den unnutzen Haushaltern prodigiis. Verſchwendern und Geider ihrer Haab und Güter. & quod im Rüg-Zettul. *tit.* Verſchwenden *CXXVII.* mandatur, zu Rügen, ſo jemand das ſeinige üppiger geydiſcher Weiſe verthåt und verſchwendet.

§. XLIV. *In neglectum Rei familiaris* Priſcos Cenſores animadvertiſſe, exemplis aliquot confirmant ſcriptores. Sic Cenſores eum, qui agrum ſuum paſſus erat ſordeſcere, ærarium faciebant, & Equitem Romanorum, cujus Equus gracilentus aut parum nitidus viſus erat impolitiæ notabant. *Gell. lib. 4. cap. 12. & cap. ult.* Ex Jure noſtro referri huc poſſunt remedia, quæ ſervandorum gentilitiorum bonorum gratia ſunt introducta. Ut Protimiſeos Jus, ſive Jus revocandi bona familiæ vendita, agnatis competens: Jure Hebraico *Lev. 25. verſic. 25. & ſeqq.* Canonico, *C. Conſtitutus 8. Ext. de integr reſt.* Feudali, *C. Titius 2. feud. 26.* Camerali, *Gail. 2. Obſ. 19. &* Saxonico, *vid. Carpzov. def forenſ. part. 2. Conſt. 31. per tot.* Jure Civili ſimile quoddam Jus Metrocomiis tributum eſt, cui conſonat, quod in Würtemb. Landord. *tit. XVIII.* Wie

Digitized by Google

unſere Flecken der Güter haben in ihren Marckungen liegend, gegen einander die Loſung haben ſollen. Adde *tit. XVII. & tit. XX.* & quod de non alienandis aut etiam non dividendis feudis, Ephydeuticis aliisve prodiis (Hoffgütern) conſtitutum eſt. *2. Feud. 52. & 55. &* Würtemb. Land-Ord. *tit. XVI.* Daß niemand kein Lehen oder theilbar Gut ohne Erlaubniß zertrennen ſoll, non ſuperiorum tantum, ſed & ipſius familiæ poſſidentis aut fruentis gratia introductum eſſe, exiſtimandum eſt.

§. XLV.

DOMINORUM quoque erga SERVOS ſuos, & viciſſim ſervorum erga Dominos, officii curam recte gerunt LL. Civiles *quandoquidem Dominorum poteſtas in Servos illibata eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi; §. ult. Inſt. de his qui ſui vel al. jur.* Cumque Equorum curam gerere, ne male habeantur Cenſores olim non puduerit; ut ex *Gell.* modo oſtendimus: quid ni & præcipuum rei familiaris inſtrumentum, ſervi, ut recte tractentur, præfectus morum obſervabit? Non tantum ne durius aut injurioſius cum illis ageretur: in quam partem olim maxime vigilari oportuit. *v. l. 1. & 2. ff. de his qui ſui vel al. Jur. ſunt.* Sed & ne nimia indulgentia, largiori mercede, otio &c. corrumpantur: quod hodie potiſſimum, laſciviente fere illa mercenaria parte plebis, videtur neceſſarium. Atque hoc agi etiam videmus in diverſis Statibus & Civitatibus promulgatis. Geſind-Ordnungen. *vid.* Straßburger Policey-Ordnung. *tit. IV. in Würtembergica Ord. prov.* duo illi tituli huc referantur. *tit. XLVIII.* Von Arbeitern, Tage-Löhnern und denenjenigen ſo das Feld bauen. *& XLIX.* Von Dienſt-Knechten, Mägden und Ehehalten. Addi poſſunt quæ de opificiariis, Von Handwercks-Geſellen und Jungen habentur. *tit. LV.* Hæc ſpectat Rüg-Zettel. *tit. CXXIII. §. 6.* Item wo die Ehehalten ihren Herren, Meiſtern und Frauen mit abtragen oder ſonſt untreulich dienten.

§. XLVI.

CONJUGUM Mores obſervare, Cenſorii muneris jam olim

Digitized by Google

olim fuit. Quo ſaciebat illa interrogatio: *An tu ex animi tui ſententia uxorem babes?* *Gell. lib. 4. cap. 20.* de qua ſupra L. Antonius a Cenſoribus Senatu motus eſt, quod virginem in matrimonium ductam repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. *Valer. Max. lib. 2. cap. 9. ex 2.* Addi poteſt *P. Greg. Tboloſ. cit. ſup. c. n. 11.* Jure Juſtinianeo tractatur hic locus ſub *tit. ff. de divortiis*, quo Jure, quamvis Uxor in poteſtate mariti non ſit, *& ſeq. de lib. exbib. l. 2. § 1. ſolut. matrim.* Reverentiam tamen & obſequia marito debet. *l. 14. §. 1 ff. ſol. matr. l 48. de oper. libert.* quæ quidem ſponte præſtabit bona Uxor: ſed ſi mala ſit, licebit ne marito eam invitam ad officium adigere? Utique *fac. l. ult. inf. ff. de off. ejus. cui mand. eſt Jurisd.* imo etiam flagellis & fuſtibus cædere malam mulierem ob ejusmodi cauſam, ob quam divortium concederetur marito impune eſt. *vid. Nov. 117. cap. 14 Junct. cap. 8.* Includi quoque eam poſſe, cerrectionis cauſa *ex l. 3. §. 1. & 2. ff. de lib. hom. exbib.* deducere vult *Dn D. Bicc. in Aur. ſect. V. th. 184. lit. ggg. num. 1.* Adde *Carpz. pract. Crim. p. 1. q. 12. ſubq. def. forenſ. p. 3, Conſt. 26. def. 6. & Juriſpr. Eccleſ. lib. 2. tit. 12. def. 221. Conſil. Arg. vol. 2 conſ. 52.* Ideoque vigore *Würtembergicæ Ord. prov. tit. CXXIII. §. ult.* deferri debet in Cenſoriis Judiciis, Welche oder welcher ihre eheliche Weiber oder Mann freventlicher und muthwilliger weiß übel halten.

§. XLVII.

Reſtant Officia PARENTUM LIBERORUMQUE quæ, ſi utilitatem neceſſitatemque hujus doctrinæ conſideres, primo, aut certe proximo poſt religionem loco exponi debuiſſent, reliquis enim omnibus ut fundamentum ſubſtant: & hac parte Educationis liberorum probe decenterque curata, in reliquis judice Cenſoreve rarius erit opus. Verbo dicam: Quales nunc liberos educamus, tales olim habituri ſumus Cives. Teſtantur id veterum prudentiorum quorumque dicta & exempla quæ recenſere non eſt hujus loci. Teſtatur ſatis ſuperque Experientia quotidiana. Hæc itaque cura, cum totius Reipubl. ſalutem tam prope contingat, non privatis tantum parentibus committenda, ſed a Civili

quoque

quoque poteſtate gerenda, legibus definienda, Judiciis atque Cenſura corrigenda eſt. *Omnium*, inquit *Ariſtot. 5. Pol. 9. maximum eſt, puerorum Educationem atque inſtitutionem ad Reipubl. adminiſtrandæ formam eſſe accommodatam. Legum enim vel utiliſſimarum & ab omnibus in Rep. viventibus comprobatarum nullus eſt uſus, niſi Cives erunt eis aſſuefacti.* Nota eſt Lycurgi conſtitutio Politiæ, maximam partem circa puerorum Educationem occupata. Inſtituendi autem ante omnia ſunt liberi in Præceptis religionis Chriſtianæ: inſtituenda eſt inquam, non memoria tantum præceptiunculis aliquot ediſcendis propoſitis, ſed mens, ſed vita eorum: is enim unicus modus eſt cavendi, ne tantus ſit, aut major fiat numerus eorum, qui (loquar verbis *Juvenalis*: *Satyr. 13.*)

Fortunæ Caſibus omnia ponunt,
Et nullo credant mundum rectore moveri,
Natura volvente vices, & lucis & anni.
Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.

Non latuit id Sereniſſimos PP. noſtros. Ideoque in Land-Ordnung *tit. 1. §.* Es ſoll 2. ſevere mandatum legimus, daß inſonderheit alle Haußväter und Haußmütter ihre Kinder, Knecht und Mägde, ſamt andern Haußgenoſſen, an den Sonn- und Feyertagen die Predigt und Cathechiſmum zuhören, anhalten ſollen, & im Rüg-Zeddel *tit. CXXXI.* von GOttes Wort und Beſuchung der Predigten. §. Auch 3. Man ſoll angeben ſo Haußväter und Haußmütter ihre Ehehalten, Knecht, Mägd (hæc ſupra de Patrum fam. officio dictis adjungantur) am Sonn- und Feyertag zur Predigt nicht ſchicken oder anhalten, beſonders auch ihre Kinder zu dem Catechiſmo nicht ziehen, und die zur Zeit, da der Cathechiſmus gehalten, gefährlich vagiren und ſonſten umlauffen würden laſſen. Deinde ad honeſtum aliquod & Reipubl. utile vitæ genus eligendum, adigendi, & ſtudiis quidem liberalibus addici debent (in quibus ne ſumptibus parcant, parentes divites, compelli eos a Cenſoribus poſſe ſcribit *Arniſæus lib. 1. cap. 15. §. Proxima cura*) non ſi-

ne

Digitized by Google

ne delectu tamen & promiſcue, ſed ii tantum *Queis*
de meliore luto finxit præcordia Titan.
ſed & circa eosdem diligens cura gerenda, ut præſtitutam ſibi metam feliciter attingant; neque illecebrarum, aliove Juventuti blandiente faſcino aliorſum abripiantur; aut injuriis hominum, vel etiam indigentia neceſſariorum oppreſſi, a cepto tramite deſiſtant. Quam id cordi fuerit Inclyto Friderico Imper. oſtendit famoſa ejus *Auth. Habita C. Ne fil. pro pat.* Huic fini inſtitutæ Academiæ, de quibus videri poteſt *Thomas Lanſius. Limneus in Jur. publ. lib. 8.* itemque celebris noſter *Beſold. tract. de Academiis*, ubi inter alia & Tubingenſis in Würtemb. ditione Academiæ Hiſtoriam & Jura contexit. De qua extat ſpecialis *Conſtitut. Nov. Friderici Ducis Würtembergici de Anno 1601. 1. Jul. Mercatura* quoque, *artes Mechanicæ; & agricultura*, Reip. utiles pariter & neceſſariæ functiones ſunt: quam legibus omni tempore diligenter ſint curatæ prolixius eſt, quam ut hic enarrari poſſit. Von den Handwerckern. *vid* in Würtemb. Land-Ordnung *tit. LV. add. Nov. Conſtit. Joh. Friderici Duc. Würtemb. de Anno 1608. & alia de Anno 1618.* §. So viel *2. & alia de Anno 1620. cap. 6.*

§. XLVII.

LIBERIS quoque, ut officii ſui erga Parentes non obliviſcantur, lex præſcribit Civilis, animadvertit Cenſor. Videantur *tit. ff. de obſequiis parentibus & patronis præſtandis. tit. C. de pat. poteſtate & in tit.* Land-Ordnung verba des Rüg-Zettels *tit. CXXIII.* §. 5: Da die Kinder ihre Eltern unehrlich, ſchimpfflich und verächtlich halten, oder denſelben abtragen würden.

§. XLVIII.

Atq; hactenus Catologum vitiorum, Cenſura reſecandorum, e legum fontibus, & juxta Würtembergicæ potiſſimum ordinationis Provincialis (quam quia accurato commentario illuſtravit Nobiliſſimus Lindenſpür ideo ad eum, quoties textum aliquem ex illo jure allegavimus, lectorem remiſiſſe volumus) ductum, uno quaſi conſpectu exhibuiſſe, indicatis ſedibus, unde prolixior expoſitio hauriri poſſit, ſufficiat. Formam autem hæc judicia inſtituendi quod attinet,

Digitized by Google

attinet, varia illa quidem, & diverſis in Rebus publicis diverſa eſt; quo faciunt *Tholoſani* verba ſupra §. 37. deſcripta. In Würtemb. ditione qualis ſit, ex ipſa *ordinatione tit, CXI, & ſeq,* ſatis apparet Cujus fidelior non haberi poterit interpretatio, quam per ipſam praxin & experientiam. Digna quoque ſunt, ut hic legantur quæ *Dn. Obrechtus* in ſeinem Politiſchen Bedencken *pag. 91. num 84. &* in ſeiner Policey-Ordnung *p. 185. & ſeq.* de Cenſura ſcripſit. Nos quod *Ulpianus l. 1. ff. de integr. reſt.* de illo titulo dixit, idem de hac materia optimo Jure poſſe dici exiſtiſtimamus: *Utilitas hujus judicii non eget commendatione, ipſam enim ſe oſtendit.*

Faxit DEUS Altiſſimus, ſummus vitæ actionumq; noſtrarum Dominus Moderator & Arbiter, ut quæ nobis Sancta, pia, honeſta, decora & ſalubria ſcire, docere & jubere dedit, ea nos etiam ipſo opere præſtemus, & alios ad præſtandum, omni Zelo, quisque pro officii ſui ratione adigamus: ne, quod de armis olim Romanorum, idem de moribus noſtris hodie dici queat, leges ſcil. noſtras iis eſſe ſanctiores. Jta fiat!

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google